

Quod abscondit faciem eius. quod est in ultimitate
 luminositate et pulchritudinis ab eis qua
 propter necesse est eos videre absque ulla im-
 pedimento luminositatem et pulchritudi-
 nem creatoris. Jam autem patefactum est
 tibi quia hec est gloria virtutis intellectiue
 et hoc est quonia ipsa est plenitudo seu per-
 fectio vltima possibilitatis ipsius. Juxta hunc
 modum necesse est eos se habere finem et
 motum suam nobilem motum que est volun-
 tas vel amor ad bonitatem siue suauita-
 tem creatoris quare quemadmodum irra-
 dianatur et delectantur luminositate et pul-
 chritudine creatoris quantum ad vim suam
 intellectuam. Sic necesse est ut implean-
 tur et delectentur bonitate ipsius delecta-
 tione que merito beatitudo dicitur. hec autem
 est que sola beatitudinis nomine digna est
 que in ultimitate elongationis longe facit
 ab omni molestia et implet in ultimitate
 plenitudinis obtinentem. Ultimitas autem
 plenitudinis est que nihil omnino vacui-
 tatis incontinenter relinquit desiderium au-
 tem et signum est et effectus vacuitatis spiri-
 tualis id est vacuitatis cordis. quemadmo-
 dum ad famem et signum est et effectus va-
 cuitatis stomachi siue ventris. Et genera-
 liter omne desiderium et famem et sitim est spi-
 ritualis. Quare omnes spiritus abstracti
 quos vel peccatum non obtenebrauit vel
 malicia non corrumpit in felicitate sunt vel
 naturalis cuiusdam beatitudinis que est
 vltimitas perfectionis in huiusmodi sub-
 stantia vel in felicitate glorie que est incom-
 parabiliter perfectio nobilior et plenitudo
 desideriorum cumulatione atque iocundior.
 Et dicunt sapientes christiano quod beatitudi-
 nem priorem naturalem habuerunt om-
 nes abstracti spiritus antequam malicia peruer-
 terentur et caderent illi qui vocantur ma-
 ligni spiritus. Secunda vero que propria
 nominatione gloria vocatur collata est in
 bonitate sua naturali persistentibus que
 bonitas et beatitudo magna est et perfectio
 multe pulchritudinis et desiderabilis sua-
 uitatis quod pauca consideratione atque leuis-
 sima tibi videre facile est. Tu ergo dilige-
 ter attende istas duas perfectiones et vlti-
 mitates ordinum suarum quas nominavi
 tibi. Similiter et duas visiones diuine lu-
 minositatis et pulchritudinis. Non enim
 dubitandum est quin huiusmodi substan-
 tias fuerit naturalis dei cognitio magna et
 laudanda antequam quidem eorum propria mali-

tia deprauiati caderent et propter hoc huius-
 iusmodi cognitionem visionem dixi. Et
 hijs igitur manifestum est. nullum huius-
 modi spirituum descendere vel ad loca vel
 ad statuas in quibus missi sunt descende-
 re in quibus sponte vel voluntate sua. Quis au-
 tem dubitat quin exilium et carcer miseros
 eos faciat qui inuiti tenentur in illis. Paul-
 lus etiam dubitat quin regio ista terrestris
 exilium sit ad patrie celestis operationes.
 imagines vero spiritibus in eis reclusis ut
 ipsi putant carceres esse certissimum est. si
 inuiti in eis teneantur. Manifestum igitur
 est et hinc quia non propria voluntate
 descendunt in istos carceres et exilium. de-
 serta et quasi sperata felicitate in qua sunt.
 Quod si dixerit quia voluntarii descendunt
 ut consulant hominibus propter quid igitur
 expectant ortum Saturni cum non magis
 homines indigeant vtilibus et bonis con-
 silijs in illo tempore quam in alio. Amplius.
 Ad quid requiruntur huiusmodi ima-
 gines nisi quia saturnus magis propitium
 se exhibet propter imagines huiusmodi. quod
 si est sunt igitur in venerationem saturni
 et ita iam deuenisti ad ydolatriam ipsius
 que tam tibi destructa est. ita ut nulla de
 vanitate et noxietate eius relicta sit tibi du-
 bitatio. Amplius. si tanta est benignitas
 et propitiatio Saturni in homines cur
 tam paucos tanque raros mittit huiusmodi
 spiritus ad consulendum eis. Amplius
 si quot ymagines fieri possunt in ortu eius
 tot spiritus mittat Saturnus poterit igitur
 fieri per multiplices imaginum huiusmo-
 di ut vel pauci vel nulli spiritus remane-
 ant in celo eiusdem. Amplius. aut sua-
 det spiritibus venire in huiusmodi ima-
 gines sic patas aut cogit eos. si suadet. aut
 scienter igitur acquiescunt ei. aut ignoran-
 ter. Si scienter hoc est si sciunt quod suadet
 eis subire exilium et intrare carcerem qua-
 liter igitur acquiescunt ei nisi. quia stul-
 tissimi sunt imo dementes. Stulti autem
 et boni simul esse non possunt et multo mi-
 nus beati quam mali simul et miseri sunt.
 tales autem spiritus et vulgos vocat dyab-
 olos atque demonia pessima. et greci ca-
 codemones. De quibus constat quod non
 ad consulendum hominibus appropin-
 quant ipsis sed vero ignorant quod nota sit
 eis huiusmodi suasio Saturni. hoc est fri-
 uolus cum tante tenebrositate ignorantia vit-
 etiam stultissimos homines cadere possit.